Ra

Vota deo vovit bellorum tempore David.
Rex quod in ense nequit rex liber ab hoste replevit.
Sunt loca luctandi sunt et loca pace fruendi.
Mox ut tela cadunt contraria cuncta quiescunt.
Nam bene pugnatur, si pax post arma sequatur.
Sumptibus innumeris tellure marique repertis
Pacificus rector huius tunc extitit auctor
Insuper omnigeno studuit decorare metallo
Ne lapis erraret nec malleus inde sonaret
Et celer eiusdem volitaret et fama per orbem
Paulatim titum defecit adusque lapillum
Umbra fuit veri non res perfecta manendi
Signat enim templum perfectus esse futurum
Noster pacificus regnans per sęcula summus.
Hoc est ecclesiam statuit sibi iungere sponsam
Utitur et regno pariter cum virgine virgo
Casibus ex cunctis sapit illam dextra potentis
Non inpulsa ruat non inveterata putescat
Quae fit Christicolis perfecta et libera nutrix.
Huius in occursum properans o turba piorum
Hasque inter laudes varios conspergite flores
Hic thalamus sponsi specie prestantior omni
Hec est arca dei in qua mystica sacra teguntur.

Reddere non potuit paci reddenda reliquit
Quod bellano neglegit degens in pace peregit
Nunc tempus belli modo tempus in aede vacandi.
Hostibus expulsis veniunt solamina pacis
Perfice dux bellum fabricetur postea templum
Construxit varium locuples sapientia templum
Hoc lapide et ligno pulchre vestivit et auro
Quando hoc erigitur iunctim sic omne levatur
Id cum pergirum fieret pro stemmate mirum
Eius et in][mundo rumor celeberrimus esset
Omne quidem crepuit laterum nec crusta remansit
Creditur hoc ipsum typica ratione per actum
Quod nec eundo cadat, nec deficiendo tabescat
Undique collectum decrevit condere templum
Casta quidem regi copulata est sponsa perenni
Huic alle][detur laudum vox luia canatur
Ut nec ab hoste cadat nec ab igne perusta liquescat
Fortiter in superis laudetur visio pacis
Cottidie pariens Christoque patrique fideles
Turis odoriferum late diffundite fum(u)m.
Haec est aula dei sceptrum venerabile regni
Porta poli solis tantum reseranda beatis
Mancibus Hebreis nostrum man vita perennis